

Pars hortos, pars prata legit, pars publica
 quarit
 Compita, colliculis semper aprica
 suis.
 Excubiasibi noctis agunt, custodia fures
 Pellat ut exiguis continuata casis.
 Quos ibi clamores, quos audires ulu-
 latus?
 Præsentem videat cum sibi quisque
 necem.
 Filius hic, illic inclamat nata parentes,
 Irrita sed raucas vox perit inter
 aquas.
 Jam cava vasa loco nivea cum sindone
 verti,
 Linigenas rapî vociferantur opes.
 Jam procul abreptis fluitare mapalia
 rectis,
 Jam veluti medio se natitare freto.
 Jam sua distendi violento viscera fluctu,
 Jam mortem gelidos plura vetare
 loqui.
 Vicinos alii rogitant, ne spontè perire,
 Si miseros possint eripuisse, sinant.
 Comprensas alii tentant conscendere
 frondes,
 Tristis & ignotum suscipit arbor
 onus.
 Arreptis alii lignis tabulisque vehun-
 tur,
 Fluctuet ut dubia viraque morsque
 rate.
 Hos inter gemitus merguntur lintea
 fundo,
 Per varias latè præcipitata vias.
 Excultis idem grassatur & impetus hor-
 tis,
 Damnaque dat numeris non recitanda
 meis.
 In Pratis itidem lutulento gramina
 cæno
 Inficit, & Cereris gaudia vastat agros,
 Pars segetum regitur, pars summis emi-
 cat undis,
 Pars vehitur rapidis per vada cæda
 viis.
 Cum stabulis etiam vicinas perluit æ-
 des,
 Nec rarò pavida cum sue vertit ha-
 ram.
 Diruit & longo diductos tramite pontes,
 Et scabras sævo discutit amne molas,
 Interea diris quæ livida merferat un-
 dis,
 Funera præcipiti vortice gurges agit,

Hic anus abripitur, grandævus at inde
 maritus,
 Hæc puer, at illà parte puella jacet.
 Oppressit tepidis aliquos violentia plu-
 mis,
 Cum somno mortem nox quibus una
 tulit.
 Hi dum tecta labant, & quæ tenuère, fa-
 tiscunt,
 Optatam frustra corripuère fugam.
 Tres etiam fratres tolluntur eodem,
 Diversisque jacent diffusa præda lo-
 cis,
 Cum natis alibi similis fortuna parentes
 Sustulit, in luctus causa nec una
 fuit.
 Semi neces alios mediis Libitina pro-
 cellis
 Implicat, & dubios efficit atra rogos.
 Talis ubi rerum facies quatit undique
 mentes,
 Et spes humanæ nulla refulget opis.
 Ad cælos aliqui sublatis gurgite palmis,
 Auxilium gravido fluctibus ore ro-
 gant,
 Audit, & angelicas alto DEus æthere tur-
 mas
 Exciet, excitis hæcque serenus ait;
 Ite citi, diras terris compescite fluctus,
 Ne subitis A te plura supinet aquis.
 Dixerat, & lætis penetrant vaga nubila
 pennis,
 Ut propèrent miseris addere rebus o-
 pem.
 Cernere Spirituum si fas mortalibus esset
 Agmina, dum lato quæ simul orbe pa-
 rent.
 Videris in toto nil quam miracula mun-
 do,
 Videris in cunctis castra patere locis.
 Altera pars cælo, pars altera funditur Or-
 co,
 Esse bonos illos, hos liquet esse malos,
 Hi quos oppugnant, defendunt acriter
 illi,
 Semper ut adversis stent fera bella
 choris.
 Si sinat, & furiis irarum laxet habenas
 Qui pariter terras & regit astra DEus.
 Equora miscerent flammis & sidera ter-
 ris,
 Rectorem folio dejicerentque suo.
 Ille sed eludit vanas sine viribus iras,
 Et rabidas cohibet fortior usque ma-
 nus.

Exhi-